

maior qui inter aplos primus passus est **Act**  
**xiii**. Per huius articuli efficaciam introducitur  
quatuor spuales effectus in aia. Primus est eq  
nimitur voluntarie passionis pro christo quod inui  
tur in eo quod dicitur passus ubi dicit de volu  
taria passione pro christo. Secundum est penalitas  
mundialis delectationis ut omne illud quod vi  
deatur in mundo delectabile sit aie pena et iehē  
na ubi crucifixus sicut aplos ait. Mihi mundus  
crucifixus est et ego mundus. **Aug.** displicebat  
mihi quidquid agebam in seculo pro dulcedine  
tua. Quoad ergo delectans in his rebus mū  
dialibus signū est quod nondum effectū huius ar  
ticuli attigisti. Exemplū huius est in natura  
Nam videmus quod ingressus in mundum est ho  
mini penal. quia nascitur cum voce flebili et  
lamentabili. Similiter egressus in morte est pe  
nalis et sume miserabilis. Ergo et medium  
gressus noster quicquid ad ea que mundi sunt  
penalis nobis et displicibilis esse debet. **De**  
**diu** enim correspondere debet extremis. **Ps.**  
**Heu** mihi quia incolatus meus transit. **Tercium** est  
mortificatio hominis exterioris ut videlicet  
homo non sentiat oblectamenta victoris ubi  
mortuus. **Aplos** Mortui enim estis et vita  
vestra abscondita est. **Isa.** mortem perfecte  
incurrit homo in contemplatione et in rap  
tu. Extra contemplationem autem non perfe  
cte dicit homo sibi mortuus quia et si ratio  
non assentiat sensualitas tamen precipit et sentit  
hanc mortem delicias appetit prophetia  
**Numeri.** **xxiii.** Morietur anima mea morte  
iustorum. **Bernardus** vrinam sepe in hanc  
mortem cadam ut non sentiam estus luxu  
rie. **Quartum** est vite veteris omnimoda  
oblitio ubi sepultus. Quod enim patitur  
pro christo vel etiam interdum moriantur non  
tamē sepeliuntur quia reminiscuntur pristi  
ne delectationis in eas relabuntur. **Exem**  
**plum** de filiis israel pepones egipci. **Exemplum**  
de heremita in vitas patrum qui post lon  
gam conversationem ad seculum est relaps  
sus propter vanam gloriam qua in se extolle  
bat. Tali etiam gloria impugnabantur di  
scipuli christi dicentes. Domine etiam demo  
nia subijciuntur nobis. Sic etiam quidam  
quedam iniuria illata remittunt et immūa  
in eis moritur sed non sepelitur quia non  
totaliter oblivioni traditur. **Ps.** Sicut vul  
nerati dormientes in sepulchris quorum non  
est memor amplius. de talibus **Apostolus.**  
Consepulti sumus christo **Col. iiii.** sic introdu  
cuntur fructus patientie. **Declaratio.** **Quintus**  
articulus est. Descendit ad inferna. In  
telligit scilicet animam tantum quia corpus in  
illo mundo fuit in sepulchro. **Hunc** posuit phi  
lipus qui interpretatur os lampadis quia

fratri suo nathanaeli more ut christum nos  
uit predicavit johanni. Est autem triplex  
infernus preter infernum damnatorum eo  
quo non est hic sermo videlicet purgatori  
um ubi est pena sensus et damni sed ad tē  
pus est remissibile. **Item** in huius patrum i  
quo fuit pena damni recuperabiliter. **Item**  
tercio in huius puerorum in quo est pena  
damni irrecuperabiliter. **Et** his solum in me  
dium infernum christus descendit et confregit  
**Per** efficaciam huius articuli animam conseq  
tur inferni spiritualis in nobis destructionem  
vel ipsius anime de inferno liberationem.  
**Est** autem in nobis triplex infernus spual.  
**Primus** est corporis elementaria corruptio  
bilicas. **Corpus** enim quod corrumpitur ag  
gruat animam. **Quod** vero dicitur anime  
infernus quia panale et quasi eius carcer.  
**In** hunc infernum spiritus descendit per  
graciam a corruptionis molestia in hac vi  
ta aliquantisper subleuando non tamen to  
taliter infernum destruendo quod fiet in  
morte tunc enim destruetur corpus pecca  
ti et corruptibile hoc induat incorruptionem  
ut dicit aplos. **Ex** hoc primo inferno est dif  
ficultas ad bonum. **De** secundo inferno di  
cit **Aplos.** Quoad sumus in hoc corpore inge  
mitimus gravati. **Orige.** Naturale pactum  
societas de pauate abscondit a me lucez  
suauissimam. **Alius** infernus est fomitis re  
bellio et ad peccandum pronitas. **Ubi** **Aplos**  
**Vide**o aliam legem etc. **In**felix ego homo  
etc. **Tercius** infernus est exterioris alimēti  
necessitas **Job.** etc. **Antequam** comedam su  
spiram. **Unde** et hanc necessitatem **Aug.**  
molestiam appellat cōfēs. **Per** hunc articu  
lum introducitur fructus longanimitas et  
patet. **Quia** sancti patres in limbo fuerunt  
in longa expectatione liberationis sue. **¶**  
**Sextus** articulus est. Tercia die resurre  
xit a mortuis. **Item** articulum posuit **Tho**  
mas qui pre ceteris apostolis sollicitus fuit  
certificari de hoc articulo resurrectionis non  
tam propter suam dubitationem quam propter fidei  
in nobis confirmationem. **Volebat** enim vi  
dere et tangere vulnera christi. **Sciendū** autē  
quod licet christi alij legantur resurrexisse a  
morte sicut **azarus.** **Nullus** tamen unquam  
resurrexit virtute propria sicut fecit christus.  
**Johan** **xiii.** **Potestatem** habeo ponendi  
animam meam et iterum sumere eam. **Item** alij  
surserunt ad vitam corruptibilem itēz mo  
rituri christi autē surserunt ad vitam gloriosam et in  
corruptibilem et immortalē. **Co. viii.** christus res  
surgens ex mortuis iam non moritur etc. **Per**  
virtutē huius articuli offeruntur anime credenti  
tres fructus sue effectus salutares. **Primus**